ut [redacted] animal intellegi non possit [l. possit]
non describitur homo. sic homo autem non
potest non describitur homo [l. descriptione] aliqua demonstratione [b]

Nunc generum decathegoriarum omnium generi-
bus et speciebus et differentia locuti sumus
inspiciendum primum uidetur.

Quid sit genus. quid species. quid diffe-
rentia.. Genus est quod cum multa
et differentia quidem sint specie osten-[te]
derit atque significaverit ut est usia. Omnia
quidem usiam dicimus.. sed hoc commune
nomen specie separatur.. Dicimus et
animal et lapidem.. ita fit ut uno
quasi iuncta uocabulo specie sepa-
rantur.. Differentia uero est que cum
multa et differentia non quod sit sed qualis sit
specie predicatur.. ut animal gene-
ritum uolatile aquatile biper
quadrupes.. et genus quidem et differ-
entia specie significantur.. sed genus
quid sit.. Differentia uero qualis sit
specie possit agnoscere.. Species
uero est quam quidam et formam uo-
cant.. que cum multa et differ-
entia quod sit [nuo] predicatur atque cog-
noscitur ut est homo.. hoc non homines
cunctos amplectitur. et uidetur
idem facere quod species. que de a-
liquo homine predicatur. qui numero in
re ipso continetur.. id est hic primus..
ille secundus. iste tertius.. ut tamen
haec tria uno exemplo monstremus..
Genus est animal. differentia biper quadru-
pes..

Species est homo equus.. Sed ut genus
nullum est quod non habet differentiam.. Sic
nec differentiam intellegere debemus
que species non habuerit.. Ut nigrum
et album non habent differentiam propter ea
quod extra species non emittuntur.. quia et
alia species inueniri potest albi et nigri.
quamuis [ti] quod sit genus [ti] quod differentia quam spe-
cies separatum est. Adaristotilis iam
dicta ueniamus.. haec et et eorum generum
que inter se diuersa sunt. Nec differen-
tias easdem posse esse nec species..
Alia et species et differentia est.. Dum
queritur quid sit.. Alia dum quale sit..
Alia dum quantum sit.. Ut si uelis
animalis dicere differentiam dicas
Uolatile biper gressibilium.. si speciem
uelis. hominem dicas et auem et equum..
Nun quid non et de disciplina eadem
differentia et species dici potest.. propter
ea quod genera diuersa sunt animal et disci-
plina.. Animal et cathegoria est usie..
Disciplina cathegoria qualitatis..
Denique illa genera que alterna sibi socie-
tate coniuncta sunt easdem differen-
tias et easdem species habent.. Ut est usia
cuius species animal est.. sed idem ani-
mal genus est. Ceteris ideoque et species et genus
[l. animal] dicitur.. quamuis sint duo [l. homo et animal] genera inuicem se tenentia
que aristotiles quoque [l. copulata species] parallela..
nominauit easdem differentias
habent.. Ut si dicas usiam esse animal mor-
tale biper risus capax.. eadem et de animalis

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 4_4r – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50649)